tanéale Premisliensis exclusa recessu supersedere quoad
respondendum spectat mediante semper iusto primo Castrensi
Termino tanquam peremptorio Ante comparere respondere
Vadia stricto luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne
Judicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores
ad eadem omnia obligat Cuius tam terminum primum pe
remptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem ter
minos semper opponi Non Infirmitate pro meriti minoren
aetate Servitium Legatione intra vel extra Regnum Servitio
Militari ad Munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis
dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quaest
tionem ultra primos Terminos Officii Castrensis Premislien
sis dillationem sibi non recipiendo nullas motiones appel
lationes ac etiam prorogationes faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel duplicatis exactionibus suspensionibus
Terrestris [illegible] Decisione [illegible] Conventione quibus
alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec
modo quovis evadendo hac sua plena Inscriptione ad [illegible]
missa omnia mediante.

# Fredrowie Coniuges et Pacławski Roborant Intercisam.

Comparens personaliter Coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus



Generosi Joannes de Pleszow Fredro Subiudex
Terrae Premisliensis atque Sophia Alexandra de
Mal[illegible] Coniuges Maritus Solus per se Coniux vero
Cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis per
sonali assistentia a bona atque Nobili Simeon Pacławski [illegible]
suo et Nobilis Anna Cremiecka Coniugi sua le
gitima pro Cuius rati habitione cavet ac se praesen
tibus inscribit sub vadio infrascripto nomine suo ab
altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terrae
Destrictibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis
proprijs et Competentibus recedendo huic autem Juris
dictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis ge
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et
subijciendo palam libere publice ac [illegible] re
cognoverunt et quilibet illorum suo principali [illegible]
[illegible] Quia Ipsi se ac suos successores in et super
bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs qui
buscunque habitis et habendis mutuo et invicem Una pars
alteri ac [illegible] inscribunt et obligant praesen
tibus Intercisam Coram inter se Recognoscentes et prae
fatam Nobilem Annam Pacławska ratione qua
rumvis Rerum et Conditionum in eadem Intercisa
Contentarum de Actu et Data hic Premisliae die

hodierna Confectam Manibus propriis eorundem, Gene
rosorum Fredrow et Nobili Iwan Popiel pro interesse
eorundem Paltawskich subscriptam et sigillatam vadiisque
Nongentorum Florenorum pecuniis Polonicalis firma
tam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Condi
tionibus Punctis Clausulis Articulis Ligamentisque
et vocibus generaliter Universis tam in parte quam
in toto. firmiter tenere Complere et exequi ac in
violabiliter observare Omnibusque et singulis il
lius Conventis toties quoties opus fuerit satisfacere
praefatam Intercisam ad Inscriptionem praesentem
et Inscriptionem praesentem ad praedictam In
tercisam vicissim in toto referendo Sub vadio
Nongentorum Florenorum pecuniis Polonicalis
per Partem Parti Cum Successoribus Utriusque
Partis ob non Completionem praemissorum omni
um et singulorum tam in parte quam in toto to
ties quoties opus fuerit ad Solvendum Succum
bendo Insuper praefatus Recognoscens No
bilis Semion Paltawski se ac suos Successo
res in et super Bonis suis generaliter omni
bus et Summis pecuniariis habitis et haben
dis inscribit et obligat praesentibus praefatis
Generosis Fredrom Coniugibus eorumque



Posteris praefatam Nobilem Annam Czerniecka
Consortem suam legitimam ante decursum Medii
Anni ad Acta quaevis authentica Regni vim
perpetuitatis in se habentia ad approbandam per
eam Inscriptionem praesentem Roboratoriam
vel similem pro eius interesse faciendam Statu
ere et personaliter adducere ab eaque ut praemis
sa exequantur efficere Atque sub vadio simili
summis Nongentorum Florenorum pecuniis
Polonicalis per eundem Recognoscentem Nobilem
Semion Paltawski aut eius Successores prae
fatis Generosis Fredrom Coniugibus et ipso
rum Posteris ob non Statuitionem praefatae Con
sortis suae pro tempore et loco supra expressis
ad Solvendum Succumbendo Caeterum Partes
praefatae Recognoscentes Utraque se ac suos Succes
sores in et super Bonis suis generaliter
omnibus ac Summis pecuniariis quibusvis
habitis et habendis mutuo et invicem. Una
Pars alteri Parti ac Posteris Utriusque Par
ti inscribunt et obligant praesentibusque Inscripti
onem praesentem Roboratoriam ex his Actis

1069

Castrensibus authenticae depromptam ad
Acta Terrestria Premisliensia ante decur
sum Unius Anni sivè Coniunctim sive di
visim transferre et transportare sub Vadio
simili summae Nongentorum Florenorum
pecuniae Polonicalis per Partem Parti Cum
Successoribus Utriusq Parti ob non transpor
tationem Inscriptionis praesentis pro tem
pore et Loco suprà expressis ad solvendum
Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio
vel Vadijs modò praemisso ad solvendum
succumbendis ac pro re aliqua principali
non Completa, Complendisq praemissis,
Citata existens memorata Pars Una, prae
missas non tenens aut eius Successores, Ad
Instantiam praefatae Partis Alterius prae
missa tenentis, aut eius Posterorum; Ad
Officium praesens Castrense Capitane
ale Premisliense extunc recessu suo
praescripto quoad respondendum spe
ctat Mediante semper iri primo

1073

Citationi Termino tanquam Peremptorio
Stare Iuri parere respondere Pro
Vadijsq praefatis ac re aliqua principali
non Completa Complendisq praemissis
sum Citari omnibus tam in Parte quam
in toto toties quoties opus fuerit Satis
facere debebunt et tenebuntur seq ac
suos Successores ad eadem omnia obli
gant. Quidem Terminum primum
peremptorium, et alios omnes Consequen
tes, Causa eiusdem Terminos, semper
peremptorios, Verà Infirmitate, pro ma
iori Minorennitate Successorum, Lega
tione intrà vel extrà Regnum, ser
vitio Militari ad Munimenta, ad
Quietiorem, vel alijs quibusvis dil
lationibus et Legalibus impedimentis
non differendo, nec ullo modo pro
trahendo, ad quietationem praeterea
ultra proximos Terminos Officii prae

fati Castrensi Capitanealis Premislien
sis, Dillationem sibi non recipiendo, nec
Casque Motiones, Motiones, Appellationes,
ac earum Prosequutiones faciendo,
ac praemissa omnia, Poenis simplicibus,
vel triplicatis, Evasionibus, Suspensio
nibus, Fatalijs Juris Praescriptione, Ter
restri, Bello, Conventione, neque tum alijs
quibuscunque Juris remedijs et defen
sis non subterfugiendo, nec modo quo
vis evadendo, hac sua praesenti In
scriptione Roboratoria, et personali
Recognitione ad praemissa omnia
et singula Mediante.

Zamoyski



# Zamoyski et Jasinsky Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren Capitanealibus Premislien Generosi Stanislaus Zamoyski ab una atque Andreas Jasinski et Generosi Stanislai Jasinski filius Stanimentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competen recedendo Vaicantem Jurisdictioni Castren Premislien quoad Actum praesen attrahentes secum Successoresque bonisque suis quibuscumque totaliter et plenarie incorporant et subijciunt palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum sua pro interesse recognovit. Quia ipsi se suos successores in et super bonis suis quibuscumque et sub poena habitis et habendis mutuo et invicem una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam Certam inter se recognoscendam ratione praemissorum reinent Condonando in eadem Intercisa contentarum de Acta et data hic Premislie Die Secunda Februarij Anno praesenti confectam manibus proprijs eorundem recognoscen atque Generosorum Samuelis a Drohoiow Drohoiowski Venatoris Terrae Kiovien Michaelis Orzechowski, Petri Jordan Joannis Kasowski subscriptam et sigillis illorum obsignatam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Contentis punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus quibuscumque universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illis contentis totum quod opus fuerit satisfacere praefatam Intercisam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad dictam Intercisam vicissim in toto referendo idque sub vadio Quadringentorum florenorum Polonicalium per Partem Parti cum successoribus utriusque Partis obviam complerendo